

CAPUT VI.

DE SYRUPIS.

§. I.

SYRUPI SIMPLICES EX MELLE.

MEL ANTHOSATUM.

R Mellis albi libras quatuor ;
 Florum Rosmarini libras duas :
 In stanneo vase circulatorio tepente ad triduum digere ;
 antequam frigescant, exprime ; & cola.

MEL ROSACEUM, SIVE RHODOMEL :

R Succi Rosarum rubrarum libram unam ;
 Mellis albi colati libras duas :
 Coquantur ad Syrupi consistentiam.

MEL ROSATUM SOLUTIVUM :

R Succi Rosarum pallidarum defæcati,
 Mellis communis ana partes æquales :
 Bulliant ad despumationem : colentur, & in Syrupum
 coquantur.

Sic paretur.

Mel Mercuriale.

MEL

MEL VIOLATUM SOLUTIVUM.

R Succi Florum Violarum cum calycibus recens expressi,
 Mellis communis ana quantum vis :
 Coque, ac despuma, deinde cola, & ad justam consistentiam redige.

OXYMEL SIMPLEX.

R Mellis colati libras tres,
 Aceti Vini albi libram unam, & semis:
 In fictile vitreato redigantur lento igne in Syrupum.

OXYMEL SCILLITICUM.

R Mellis colati libras duas,
 Aceti Scillitici libram unam :
 Coquantur in Syrupum.

§. II.

SYRUPI SIMPLICES EX SACCHARO.

SYRUPUS DE ABSINTHIO.

R Succi Absinthii vulgaris
 expurgati libram unam, & semis,
 Summitatum ejusdem floridarum uncias sex :
 N In

In vase circulatorio stanneo digere per noctem M.B., quo refrigerato exprime, & per chartam cola: post adijce
 Sacchari albi sicci, & pulverati . . . duplum:
 Digere iterum in eodem vase, & balneo ad Sacchari
 dissolutionem. Syrupum refrigerare finito, tum co-
 la, & in vitro obturato serva.

Similiter parari possunt

Syrupi de Arthemisia,

Hedera terrestri,

Hyssopo,

Mentha.

SYRUPUS DE ALTHÆA.

R Radicis Althææ recentis munda-
 ta, & concisæ uncias sex;
 Aquæ ferventis libras sex:
 Paullum bulliant. statim cola, & adde
 Sacchari albi libras quatuor:
 Ovi Albumine agitato clarifica: in Syrupum decoque, &
 sub finem coctionis injice
 Radicis Althææ mundæ, & parum
 contusæ uncias duas:
 Post brevem ebullitionem ab igne remove, & per lin-
 teum cola.

SYRUPUS CAPILLI VENERIS.

R Foliorum Capilli Veneris . . libram unam, & semis;
 Aquæ communis libras sex,
 Sac-

Sacchari albi : libras tres :
 Capilli Veneris Foliis Aquam ferventem affunde : ad
 horas sex macerari sine : exprime : cola : cum Sac-
 charo clarifica, & in Syrupum decoque.

SYRUPUS DE CHINA.

R Radicis Chinæ minutim incisæ . . . unciam unam,
 Aquæ communis libras duas :
 Infunde per horas duodecim in fictile vitreato : deinde
 lento igne fervefacito ad medias : tum exprime Li-
 quorem, cui adde
 Sacchari albi tabellati uncias sex :
 Percoque in Syrupum.

SYRUPUS DE CHINACHINA.

R Extracti ficci China-
 chinæ pulverati . . . drachmam unam, & semis,
 Sacchari albi tabellati uncias tres,
 Aquæ Florum Aurantiorum . . . drachmas decem :
 Extractum Aqua dilutum inde ampullæ vitreæ, addito-
 que Saccharo M. B. in Syrupum redige.

SYRUPUS DE CORTICIBUS CITRI.

R Corticis exterioris Citri derafi . . . libram unam,
 Aquæ distillatæ Citri uncias octo :
 In vase circulatorio stanneo ad horas duodecim B. M.

N 2

te-

repente digere : postea refrigerari sine : prælo expri-
me Liquorem, & percola.

R Hujus percolati Liquoris . . . uncias quindecim,
Sacchari tabellati in pulverem
redacti libras tres,
Olei essentialis Citri. . . . guttas quindecim:
In eodem vase circulatorio fiat Syrupus, cui adhuc re-
pentem Oleum essentielle pauculo Saccharo pulverato
exceptum adde: commisce, & in vitro bene clauso
refrigeratum Syrupum reponere.

SYRUPUS DE SUCCO CITRI.

R Medullæ acidæ Citri demptis Semi-
nibus libram unam;
Sacchari albi clarificati, & in Ta-
bellarum modum cocti . . . libras duas:
Citri Medulla panno lineo laxo inclusa manibus com-
primatur ad Succum omnem eliciendum: magma
ferventi Saccharo injectum brevi bulliat: postea Suc-
cum per partes adjiciendo coque in Syrupum.

ALIUS DE SUCCO CITRI CUM CORTICIBUS.

R Succo acidæ Citri recenter expressi libras tres,
Corticis exterioris Citri derafi . . . uncias sex,
Sacchari sicci clarificati, & in so-
lidum Electuarium cocti . . . libras septem:
Citri Cortices una cum Succo ad horas duodecim in vase
circu-

circulario vitreo tepide digerantur M. B. Refrigeratis vasis Succus prælo exprimatur, & per chartam coletur, in quo Saccharum pulveratum liquefiat.

Eodem modo confici possunt

Syrupi de Succo Aurantiorum,
Limonum.

SYRUPUS FLORUM PERSICORUM.

R Florum Mali Persicæ a calycibus
mundatorum . . . libras sex,
Sacchari albi in Aquæ duplo soluti libras quatuor:
In fictile vitreato horarum sex spatio digerantur: tum
fervefiant, indeque prælo exprimatur Liquor Ovi Al-
bumine clarificandus, & in Syrupum percoquendus.

Simili modo paretur Syrupus

Rosarum Damascenarum,
Pallidarum.

SYRUPUS DE SUCCO FLORUM PERSICORUM.

R Succo defæcati Florum Mali Persicæ . . libras sex,
Sacchari albi . . libras quatuor cum dimidia:
Clarifica, & in ahenno stanno obducto coque ad idoneam
Syrupi consistentiam.

Similiter fiant Syrupi

De Succo Rhamni Cathartici,
Rosarum pallidarum.

SYRU-

SYRUPUS DE NYMPHÆA:

R Florum Nymphææ ab exterioribus foliis viridibus;
 & stilo, seu media parte flava mundatorum libras duas,
 Aquæ communis libras octo,
 Sacchari albi libras quatuor:
 Floribus Aquam ferventem affunde: ad horas sex macerari permittite: tum forti expressione Liquorem cola: cum Saccharo clarifica, & in Syrupum percoquendo redige.

SYRUPUS DE PAPAVERE ALBO,
SEU DE MECONIO.

R Capitum Papaveris albi recentium . . . libras duas,
 Aquæ communis libras octo:
 Maceratio fiat horæ unius spatium: deinde brevis ebullitio: tum valida expressio Liquoris, cui adjiciantur
 Sacchari albi libræ quatuor:
 Clarificentur, & ex arte fiat Syrupus.

SYRUPUS DE PAPAVERE ERRATICO.

R Aquæ Papaveris erratici M. B. distillatæ,
 Florum ejusdem recentium a calycibus mundatorum ana libras duas:
 In vase circulatorio ad horas sex digere M. B. repente, quo refrigerato Liquorem exprime: per pannum trajice, additoque Sacchari albi sicci duplo
 repone in eodem circulatorio vase, ubi Saccharum
 omni-

omnino liquefcat. Syrupum refrigeratum linteo percola.

SYRUPUS DE ROSIS SICCIS.

R Rosarum rubrarum detractis unguibus, in umbra
siccatarum uncias duas,
Aquæ ferventis libras tres:

Digere in vase cooperto per diem, & noctem: tum fervefacito: dein cola, & adde

Sacchari albi libras duas:

Clarifica, & coque in Syrupum.

SYRUPUS DE TEREBINTHINA.

R Terebinthinæ drachmas tres,
Spiritus Terebinthinæ drachmam unam;
Sacchari albi sicci pulverati uncias sex,
Aquæ communis uncias tres:

In mortariolo marmoreo Terebinthina, & Spiritus, Saccharum pulveratum sensim addendo, accurate commisceantur: tum Aqua adjecta defundantur in ampullam vitream, & M. B. fiat Syrupus.

SYRUPUS GRANATORUM.

R Succi Granatorum purificati libram unam;
Sacchari albi sicci libras duas:

Ponantur in fictile vitreato, & leni igne Saccharum in Succo liquefcat.

Simili modo confici possunt Syrupi.

Ex

Ex Succo Acetosæ,
 Acetosellæ,
 Agrestæ,
 De Berberis,
 Cydoniorum,
 Ribium,
 Rubi Idæi, &c.

N. Ex Fructuum quorundam Succis non defæcatis, uti
 Cydoniorum, Ribium, Rubi Idæi, cum æquali
 pondere Sacchari clarificati parantur quoque Syrupi,
 qui coctione ad spissitudinem idoneam redacti Gela-
 tinæ, aut Mivæ appellari solent.

SYRUPUS VIOLACEUS:

R Succi Florum Violarum a calycibus
 mundatarum libram unam;
 Sacchari albi ficci libras duas:
 In fictile vitreato M. B. fiat Syrupus, qui linteo per-
 colandus, & spuma detracta, in vitreo vase asser-
 vandus.

Ita paretur Syrupus
Florum Borraginis;
Tunicæ.

SYRUPUS VIPERINUS:

R Viperas numero tres;
 Sacchari albi uncias octo,
 Aquæ communis uncias quatuor:
 Vipe-

Viperas abscisso capite, detractisque exuviis, & intestinis minutim incide: vasi circulatorio stanneo inde, & affusa Aqua coque M. B. fervente ad carniū liquamen. Sine balneum refrigerari: postea forti expressione Jusculum cola, & serva. Interim Magma cum sufficienti Aquæ quantitate fac, ut lente bulliat horæ unius spatio; deinde exprime Liquorem, cui adde Saccharum: clarifica, & eatenus coque, ut admisto Jusculo, quod ad hunc finem servatum est, congruentem spissitudinem Syrupus acquirat.

§. III.

SYRUPUS COMPOSITUS EX MELLE.

MEL ROSATUM SOLUTIVUM CUM AGARICO.

R Succi Rosarum pallidarum
 fermentatione purificati . . . libras quatuor;
 Agarici concisi . . . uncias tres,
 Mechoacannæ paullum contusæ .. unciam unam,
 Zingiberi . . . drachmas duas,
 Mellis albi colati . . . libras tres:
 Agaricus cum Zingiberi in libris tribus Succī Rosarum,
 Mechoacanna seorsum in reliquo Succo ad horas
 duodecim digerantur: facta deinde expressione Tin-
 cturas per pannum cola: commisce cum Melle, &
 in Syrupum decoque.

SYRUPUS DE ARUNDINE.

R Radicis Arundinis montanæ recentis minutim incisæ libram unam, & semis,
 Florum Farfaræ manipulos duos,
 Corticis exterioris Citri recens deraſi uncias ſex,
 Succi Pomorum dulcium defæcati . . libras duas,
 Aquæ communis libras ſex,
 Mellis Hiſpanici libras tres,
 Sacchari albi libram unam :
 Citri Corticibus in vas circulatorium inditis Succi Pomorum ſelibram affunde : per horas duodecim M. B. digere; refrigerato vaſe expreme Succum, percola, & ſerva. Arundinis Radices in Aqua, & Succu reliquo per noctem macerari finito : mane coque ad dimidias : tum adde Farfaræ Flores. Poſt brevem ebullitionem expreme, & cola Decoctum, in quo Saccharum cum Melle clarifica, & in eum modum coque, ut admixture Succu aſſervati juſtam conſiſtentiam Syrupus habeat.

SYRUPUS DE PEUCEDANO

EX TEMPORE PARANDUS.

R Extracti Radicis Peucedani,
 — Liquiritiæ . . ana unciam unam,
 Extracti Foliorum Veroniæ,
 Tuſſilaginis ana drachmas tres,
 Aquæ

Aquæ distillatæ Radicis Peucedani quantum satis;

Mellis albi colati uncias duas:

His in vasculo vitreato igne lenissimo commistis, & liquatis fit Syrupus.

§. IV.

COMPOSITI EX SACCHARO.

SYRUPUS APERIENS.

℞ Succi defæcati Agrimonix,
Cherefolii,
Pimpinellæ cum Radice,
Radicis Petroselini,
Raphani hortensis,
Peucedani,
Iridis . . . ana uncias octo;
Aceti scillitici libras tres,
Radicis Accori,
Helenii,
Sassafras ana uncias tres;
Sacchari albi libras sex:

Incisis, & contusis Radicibus, cucurbitæque vitreæ capitello cæco instructæ inditis superfundantur Succi, & Acetum scilliticum. Fiat digestio in M. B. unius diei spatio: deinde apposito cucurbitæ capitello, quod rostro præditum sit, eliciatur circiter libra una Li-

O 2

quo-

quoris, qui affervetur: tum reliquus exprimatur: cum Saccharo clarificetur, & percoquatur in fictile vitreato ad eam spissitudinem, ut, cum deferbuerit, admisto eo Liquore, qui sepositus fuerat, in Syrupum convenientis consistentiæ sine coctione redigatur. Ut autem utriusque perfecta commistio fiat, inditus circulatorio vasi Syrupus ad horas aliquot in M. B. tepente relinquatur.

SYRUPUS DE ALTHÆA:

℞ Radicis Althææ recentis mun-
data, & incisæ uncias quatuor ;
Radicis Pimpinellæ,
Fructuum Alkekengi ana uncias duas,
Summitatum Althææ,
Parietariæ ana manipulos tres,
Aquæ communis libras decem,
Sacchari albi libras quatuor:
Pimpinellæ Radix munda, incisa, & contusa, additis
paullo post Alkekengi Baccis, ad Aquæ circiter quartæ
partis consumptionem coquatur : Althææ deinde
Radix una cum Herbis incisis parum bulliat : tum Li-
quorem cola, in quo Saccharum clarifica, & in Sy-
rupum redige.

SYRUPUS DE CICHORIO CUM RHABBARBO.

R Succi Cichorii defæcati . . . libras duas,
Rhabbarbari optimi incisi . . . uncias duas :
In

In vase vitreato per noctem digere : exprime : percolatum Liquorem serva: tum residui ab expressione Rhabbari iteretur digestio affusa Aqua fervente ad libras duas . Post brevem ebullitionem exprimatur Aqua tincta, quæ Liquori asservato admista cum Sacchari albi libris duabus clarificetur ; & coquendo fiat Syrupus .

SYRUPUS DE COCHLEARIA.

R Succi Cochleariæ,
 Beccabungæ,
 Acetosellæ,
 Aurantium Lusitanicæ . . . ana uncias sex ;
 Corticis eorundem derafi uncias tres,
 Foliorum Cochleariæ incisorum manipulos tres :
 In vitreo circulatorio vase rite obturato per duodecim horas calore leni digerantur. Refrigerato vase exprimatur Liqueor, & charta percoletur : tum additis
 Sacchari sicci pulverati libris quatuor ;
 In eodem vase circulatorio sola Sacchari liquatione fiat Syrupus . Insuper pauculum Saccharum imbue guttis quindecim Olei essentialis Citri, & Aquæ tantillo dilue : misce cum Syrupo, quem refrigeratum reconde in vitreo vase angusti orificii, subere, & vesica obturando .

SYRUPUS DE ERYSIMO.

R Succi Erysimi expurgati . . . , libras tres,
 Foliorum recentium Hyslopi, &
 Tussi,

Tussilaginis ana manipulum unum;
 Radicum Helenii,
 Liquiritiæ ana unciam unam, & semis;
 Sacchari albi libras tres:
 Cum Succo Radices, & Folia concisa in stanneo vase
 circulatorio per diem macerentur: aptato deinde ca-
 pitello distilletur Aqua ad uncias sex fervente balneo.
 Reliquum Liquorem exprime: cum Saccharo clari-
 fica, atque ad eum modum percoque, ut, cum Aquam
 stillatitiam adjeceris, convenientem consistentiam
 Syrupus habeat.

SYRUPUS DE POMIS SOLUTIVUS.

R Succi Pomorum redolentium fermentatione pu-
 rificati libras quatuor,
 Foliorum Sennæ munda-
 torum uncias quatuor, & semis;
 Sacchari albi libras tres:
 Sennæ Folia in Succo digere per noctem: mane facta
 expressione Liquoris Saccharum cum eo clarifica, &
 coquendo, quantum satis, Syrupum confice.

SYRUPUS DE SYMPHYTO.

R Succi depurgati Consolidæ
 minoris libras duas, & semis;
 Radicis Consolidæ majoris minutim sectæ, &
 modice exsiccatæ . . . uncias tres:
 Per horam maceratio fiat: tum brevis ebullitio;
 postea

DE PULVERIBUS. III

postea percolato Succo adde

Sacchari albi . . . libras duas :

Clarifica , & in Syrupum coque ; postremo adjice

Syrupi Chermesini colati . . . libram unam ,

& bene commisce.

CAPUT VII.

DE PULVERIBUS.

PULVIS AD BOTIUM.

R Spongiæ Marinae combustæ . . unciam unam ;
Ossis Sepiæ usti ,
Sacchari Canti . . . ana semunciam ;
Pyrethri . . . drachmam unam :
Fiat Pulvis loco sicco servandus.

PULVIS AD GUTTETAM.

R Radicis Proniæ maris ,
Cornu Cervi ,
Succini præparati . . . ana unciam semis ;
Castorei Russiensis . . drachmam unam ,
Cinnabaris nativæ puræ , &
lavigatæ . . . drachmas duas :
Ex omnibus Pulvis fiat tenuissimus , quem in mor-
tario lapideo bene commisce , & in vitreo vase
asserva.

AL.